

corpore et non per continere. Ad tertium dicitur quod oratio non habet terminacionem primo et per se sed solum ex consequente ratione partium ideo non ponit fallacia figure ordinis sicut dictionis. Ad quartum dicitur quod licet res vni predicamenti in natura rei non mutatur in rem alteri predicamenti tamen bene tenetur secundum modum significandi sic quod vni modus significandi vni predicamenti mutatur in modum alterius predicamenti. Ad quintum dicitur quod si considerentur res secundum se et ratione rerum sic ab ipsis sumitur fallacia extra dictionem. Sed si considerentur quodammodo significata puenit similitudo dictionum sic causant fallacia in dictione et sic fit in istis nec est inconueniens quod secundum diuersas rationes diuerse fallacie in eisdem paralogismis peccant penes fallacia accidentis sed non in ratione apparencie cause huiusmodi fallacie sed ratione alterius ideo secundum diuersas causas apparencie vnde paralogismus est in diuersis fallacijs.

De fallacijs extrin-
 sicis. Postquam autor determinauit de fallacijs in dictione. Hic postea determinat de fallacijs extra dictionem. Cuius ordinis ratio est quod fallacie ordinantur secundum quod habent maiorem et minorem causa apparencie et magis et minus per se facilius potest causari receptio respondens sed magis proprie causat receptio videtur propter ignorancia dictionis multiplicis vel ordinis quod propter habitudinem diuersarum rerum ideo fallacie in dictione pueniunt procedunt fallacias extra dictionem propter hoc quod fallacia in dictione causat receptiones secundum voces fallacia vero extra dictionem causat receptione ex parte rerum. Sed in disputacione voces procedunt res. quod res mediantibus vocibus in disputacione accipiunt. Sciendum primo quod fallacie inter se differunt et conueniunt. Quod inter se conueniunt eo quod omnes fallacie habent causas defectus ex parte rei sed differunt in locis quia fallacie in dictione sumunt causas apparencie ex parte vocis scilicet dictionis vel ordinis

145

multiplicis. Sed fallacie extra dictionem sumunt apparenciam ex parte rei significare per voces. Quod secundum habitudines rerum que a tridente ignorantur pro summi causa ignorantie et causa defectus fallacie extra dictionem. Secundo differunt in modo recipiendi quod fallacie extra dictionem magis recipiunt hominem disputando et non per se considerando quod scilicet ignorat habitudines rerum sed fallacie extra dictionem magis recipiunt hominem in disputando et non per seipsum considerando et hoc per se considerans non ignorat multipliciter rem dictionis quod capit ea equo. Tertio differunt quodammodo ad solutionem eorum paralogismorum quod paralogismi fallacijs in dictione debent solui per distinctionem alicuius premissae excepta tamen fallacia figure dictionis in qua soluntur paralogismi per interemptionem consequentiae vel alicuius premissae et isti soluntur negando consequentiam. Sciendum vero quod solutio syllogismi est manifestatio syllogismi falsi. Et diuiditur per solutionem apparentem et rectam. Solutio apparens est manifestatio syllogismi falsi non ostendendo in speciali causa propter quam ibi committitur talis fallacia et alia. Sed solutio recta est manifestatio syllogismi falsi ostendendo propter quod est falsus. Et ostenditur in speciali in aliquo paralogismo propter quod est ibi aliqua fallacia. Et syllogismus dupliciter potest dici falsus. Uno modo propter premissas quod scilicet aliqua premissa est falsa. Alio modo secundum illacionem quod scilicet syllogismus deficit pro solui dupliciter scilicet ostendendo falsitatem premissae aut defectum consequentiae. Sciendum tertio quod postquam autor determinauit in speciali de fallacia extra dictionem primo enumerat eas in generali dicens quod sunt septem scilicet accidentis secundum quod ad simpliciter ignorantie elenchi petitionis principij consequentis secundum non causam ut causa secundum plures interrogacionem et vna. Cuius diuisionis ratio est quia omnis fallacia extra dictionem peccat contra elenchum vel ergo peccat in quantitate tamen et